



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Lvcae Evangelistae: Ex ea quæ est per D. Hieronymum, Lib. de Viris Illustribus: & Metaphrasten. An martyrio occuberit, dubitum relictum videtur. Num D. Hieron. & Metaphrast. nullam martyrij ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

*Trabit ex per
terram ad
locum sup-
plicij.*

Cedit è vita.

*Corpus eius
inuenitur à
demoniacis.*

*Tumulus e-
ius miracu-
lis celebris.*

Vide Tom.

1. C. Baron.

Annal. &

Notat. in

Martyrol.

Roma. 1.

a In prima o-

ratione in

Iulianum.

b Lib. 2. ca.

43.

datus, protractus esset: quidam piscator à ma-
ligno concitatus è sua sede prosiliens, arrepta
securi, pedem athletæ amputauit. Quo vulne-
re accepto vir generosus è corporis ergastulo
ad cælos emigravit. Corpus eius fuit à carnifi-
cibus, in loco maleficorum, feris & cæli volu-
cribus cum firma custodia deuorandum expo-
situm. Sed Deus, præclarum illum thesaurum
non est passus vel à bestijs deuorari vel perpe-
tuò latere: immò multò post, cum iam spes om-
nis potiundi corpore sepulta videretur, mi-
rificè illustrauit. Nam die quodam viri duode-
cim, qui multo tempore varijs dæmonum ve-
xationibus agitabantur, ad locum illū venien-
tes & confusis vocibus sanctum inuocantes
quinetiam manibus terram fodientes, corpo-
rum in congeriem inciderunt: alijsque præte-
ritis, beati martyris, ex mira odoris fragran-
tia, & salute, qua, ad primum eius contactum,
fruebantur, ilicò cognouerunt. Quod deinde
in loco, cui nomen est Crisis honorificè cõdi-
derunt: vbi multis virtutibus egregiè coruscac.

VITA S. LVCAE EVANGELISTAE

Ex ea quæ est per D. Hieronymum, Lib. de Vi-
ris Illustribus: & Metaphrasten. An martyri-
occubuerit, dubium relictum videtur. Num D.
Hieron. & Metaphrast. nullam martyri men-
tionem faciunt. a Nazianzenus autem eum
inter martyres recensuisse videtur: & b Nice-
phorus genus etiam martyri expressè describit.
& Glicas, Lib. 3. Annal. Et alij item nonnulli.

VIR planè diuinus & artium maximarū 18. Octob.
disciplinis excultissimus, beatus Lucas, *Patria eius.*
Antiochia ciuitate oriundus fuit. Qui
cū esset indole optima & generosa, animum
à puero ad studia disciplinarum appulit; & Sy-
riacam ac Hebraicam linguā exactissimè edo-
ctus, miros in diuinarum scripturarum campo
fructus collegit.

Vt primos adolescentiæ attigit annos, ad *Excellent in*
florentissima (quæ tum in Græcia, tum in AE- *genere eru-*
gypto erant) gymnasia sese contulit: vbi Græ- *ditio S. Luc.*
cas literas, omnemque eruditionem præclare
imbuit, atque ad apicem Philosophicæ digni-
tatis assiduo studio, & ingenij foelicitate sum-
ma cum laude peruenit. Indè ad Medicinæ fa-
cultatem gradum faciens, eam tam perfectè est
assequutus, vt ab hac deinceps nomen obtine-
ret. Postquam autem ingenij magnitudine ac *S. Lucas*
dexteritate, humanæ doctrinæ fastigium hoc *prestantissi-*
modo adeptus est, animus eius rerum maxi- *mus medi-*
marum semper cupidus, magno ardore cæle- *cus.*
stia & sempiterna moliri.

Eodem illo tempore humani generis Sal-
uator Christus Dominus, fama Euangelicæ
prædicationis & stupendis virtutibus vniuer-
sam Iudæam ac Galilæam impleuerat; & ingē-
tem hominum multitudinem ab infelici dæ-
monis tyrannide in libertatem vindicauerat.
Quo audito Lucas, cunctis rebus postpositis, *Venit ad*
confestim eò contendit, & salutis consequen- *Christum*
diæ avidus, Christum de regno cælesti differen- *Lucas.*
tem audiuit. Nec mora: Cælestis doctrinæ lu-
mine illustratus, dictum factum pecunias ab-
iecit, possessiones contempfit, cognationem &
ipsa

*Lucam vñ
fuisse. ex 72.
discipulis
auctor est E.
piphanius
Hæres. 51.
Lucæ 24.*

ipsa naturæ viscera Christi amore facile de-
spexit: eorumque sese in eius disciplinam la-
tabundus tradit. Ab hoc igitur tempore Chris-
ti discipulus, & comes penè indiuiduus, ac
testis postremò resurrectionis, factus est fidi-
simus. Cum enim ad Emaus agrum, tristitia &
& mœrore plenus vnà cum Cleopha pergeret,
iamq; amissa penè resurrectionis spe, de Chris-
ti passione & morte differeret, Dominus se
medium ingerens, caput tarditatem cordis eo-
rum incredulitatemq; impropere, & resur-
rectionis mysterium multis veterum prophe-
tarum testimonijs confirmare. Neque eo con-
tentus, benignè ab eis ad hospitium inuitatus,
mensæ communionem non recusauit, occulto
igne diuini amoris corda eorum inflammas
donec in panis fractione ab eis agnitus ex ocu-
lis eorum euauit.

*Laborat plu-
rimum in
conuersione
infidelium.*

Igitur eo spectaculo & in fide mirabiliter
confirmatus, & ardentissimo Christi amore
incensus, à Saluatoris in cælum ascensione, hic
duodecim Apostolis sociatus, & eadem gratia
ac potestate repletus, Gentium præceptor de-
signatur, laborum ac tribulationum, quas à
Græcis sustinuit plurimas. sanè patientissimus.
Nihil enim asperum, nihil ei durum videba-
tur, si modò miseris gentes ab errore & sem-
piterna pernicie ad veritatem & salutis viam
reuocare posset.

*Lucas socius
Pauli in cõ-
uersione
gentium.*

Postquam verò Paulus dispulsis errorù te-
nebris, cælesti lumine illustratus est, Lucas ei
socius itineris & peregrinationis comes con-
stitutus, ad eò illi in cunctis ferè certaminibus,
vinculis ac carceribus, conformis ac domesti-
cus,

eus & per omnia gratus effectus est, vt frequē-
 ter eum dilectum suum nominare non dubita-
 uerit. A Hierosolymis ad Illyricum vsque v-
 nā cum Paulo passim læta Euangelij sparsit se-
 mina, & à Iudæa Romam vsque vnā cum eo
 vinctus, iisdem laboribus, iisdem afflictioni-
 bus, eisdem communicauit naufragijs: vt gen-
 tes miseras & dæmonis seruitute oppressas in
 Christi libertatem assereret. Hinc & Euange-
 lium, & clarissima Apostolorum acta, elegan-
 ter contexuit, vt posteris etiam laborum suo-
 rum fructum relinqueret. Quin & inter cæte-
 ra hoc vnum cunctis fidelibus meritò gratissi-
 mum munus præstitit; quòd typum assumptæ
 humanitatis Christi, eiusque Genitricis lau-
 dabilissimæ effigiem luculenter admodum depin-
 xit; eorum imagines viuas quodammodò no-
 bis reliquit.

*Scriptis Eu-
 angeliū &
 Acta Apo-
 stolorum.*

*Pinxit ima-
 ginem Chri-
 sti, & S. Ma-
 riæ.*

Ceterū Paulo Romæ relicto, rursus Gætibus
 alijs atque alijs salutem annunciaturus ad O-
 rientem discessit, totamque Lybiam percurrēs
 in Aegyptum peruenit. Cumque superiorem
 Thebaidam face Euangelicæ lucis illustrasset;
 ad inferiorem pari alacritate accedens, ponti-
 ficiam ibidem auctoritatem, à spiritu ita edo-
 ctus, exercuit. Nam statuis, & impuris dæmo-
 num delubris solotenus deiectis, sacra templa
 contra soli Deo erexit; gentemque miseram in
 profundis ignorantie tenebris immerfam in
 lucem adduxit.

*Annuncias
 Christum
 Aegyptiis.*

Huiusmodi igitur certaminibus peractis, Lucas vxorē
 impietate iam de medio sublata, & Christi nunquam
 regno in terris stabilito, vir sanctissimus, toti
 vitæ cursu expers vxoris, ætatis suæ octogesi-
 moquar-

*Translatio
reliquiarum
eius Constā-
tinopolim.*

mo quarto, è corpore ad cælos migravit. Sepul-
tus est Constantinopoli; ad quam urbem vice-
simo Constantij anno, qui fuit Christi Domi-
ni 356. ossa eius cum reliquijs Andreæ Aposto-
li translata sunt de Achaia.

*a Teste C.
Baron. Tom.
2. Annal.*

MARTYRIVM S. IVSTI, SIVE IV-
stini, nouem annorum pueri; Ex eo quod est a-
pud V. P. Laur. Surium: ex Venerabilis Bedæ
Tomo 3. descriptum. a Passus est anno Christi
303. Marcel. Pap. 7.

*18. Octob.
beorum Im-
perij Anno
20.*

*Ingens per-
secutio in
Christianos.
Rictiouarus
erudelis
Christianorū
persecutor.*

DIOCLETIANOB & Maximiano Im-
perij dignitatem administrantibus,
tanta in Christianos persecutionis de-
sæuijt tempestas, vt nemini quidquam vel
emere, vel vendere, vel aquam denique hauri-
re liceret, nisi prius infandis dæmonum idolis
thura cremaret. Ea tēpestate Rictiouarus præ-
fectus, missus in Gallias, immanis Christi &
Christianorum hostis, innoxiorum hominum
sanguinem sitiebat: & Basileę multos Christia-
nos in aquis præfocatos martyrio coronaue-
rat, cæterisq; vbiuis locorum degētib; eiu-
dem crudelitatis edictum proponebat.

*Parentes S.
Iustini.*

Per id tempus fuit Antissiodori Mattheus
quidam, vir bonitatis & iustitiæ laudibus ad-
mirabilis; qui duos habebat filios Iustinianū
& Iustinum: quorum ille ætate, hic morum
maturitate anteibat; vitæ innocentia ac fan-
ctitate in tenera licet ætate, omnibus con-
spiciuus. Antè autem, quàm hic Iustinus in lucē
ederetur, frater eius Iustinianus ab hostib; ca-
ptus, & in seruitutem procul abductus est. At
beatus

*Iustini san-
ctitas in te-
nera ætate.*